VITA
&
MIRACULA

Viri Dei Venebilis Patris
F: STANISLAI OPOROVII
celeberrimi Prædicatoris clari
Montis Częstochoviensis
&
Provincincialis Poloniæ Silesiæ
meritissimi.
Ords S: Pauli primi Eremitæ
In Actis Conventus Oporoviensis
DESCRIPTA
vero
Ex mandato Adm Rdi ac Eximii in Xsto
Patris
NEPOMUCENI WIKTOR S.T.D.
Provincionalis Poloniae Meritissimi Colendissimi
de toto perscripta, ac ad Manus Ejus Dignissi-
mos
TRANSMISSA



VITA.

Beati Stanislai Oporovii Ordinis S: Pauli primi Ertae, tum ex anna„ libus, tum ex variis manuscriptis, tum ex relationibus fide dignis, collecta per Rdum Patrem Hieronymum Ciesz„ kiewicz ejusdem Ordinis, protunc Prio„ rem Conventus Oporoviensis, fideliter conscripta, et a Rdissimo Patre Chry„ zostomo Kozbiałowicz protunc Gene„ rali lecta et approbata.

Anno Domini 1722. ultimis diebus Mai.

Vixit circa Annum 1540.

Stanislaus Oporovius ab Oppido Oporow cogno„ men sortitus, in quo piis Parentibus natus, ibidemque baptizatus Anno Domini 1501., ab ipso vitae suae ex„ ordio, futurae sanctitatis indicia praebuit. Nam



Matri parturienti omnibus domesticis absentibus duo
Angeli in specie juvenum in partu ministrarunt, qui
adveniente quodam ex domesticis reposito super pec„
tus Matris Infante, illico disparuerunt, relicto prae„
sagio Stanislaum futurum esse in terris Angelum in
corpore, et quidem non aliter factum. Statim quippe
a teneris Annis morum innocentia et gravitate prae„
ditus, literas in Conventu Oporoviensi didicit a„
pud Patres Paulinos omnibus charus et amabilis
Patribus veluti veris Servis Dei, alacriter inser„
viendo inter caetera Deo grata servitia in qua„
dam Festicitate Naticitatis Domini, tanto a„
more Neonati Salvatoris exarsit, ut Puer annorum
circiter novem, abjectis de pedibus calceis, tribus
consequenter Sacrificiis Missae meditando in fri„
gore Natum Christum ministraverit. Adolescens li„
beralibus disciplinis eruditus in Almacraviensi Aca„
demia, mox Philosophiae ac Theologiae operam
dedit, et ne quid sibi animi culturam deesset, Artium
Liberalium Lauream summa cum laude obtinuit, ac
Philosophiae Doctor creatus, tandem Professorem agendo
pluribus annis Cracoviae, Juventutem variis in Scholis
erudiens, postmodum Philosophiam tradens, non tan„
tum Sapientiam hujus mundi, sed etiam Scientiam
Sanctorum discipulos edocebat. Quare Presbyter ordi„
natus, postposito omni saeculi fastu, de Santionis

vitae Palestra deliberare capit, eo ine Beatissimae Virgini Mariae summe devotus, totum se in mancipium resignavit, in cujus honorem perpetuae Virginitatis Votum, quo jam se pridem Oporovii obstrinxerat innovavit et qua in noctis quiete admonitus gratum Filio suo ac sibi fore, si Ordinem S. Pauli primi Eremitae in Claro Monte Częstochoviense ingrederetur, qua vocatione veluti divinitus accepta recreatus, sine mora cum profunda humilitate ad Habitum suscipi petiit, et feliciter impetravit. Sancto Habitu indutus Anno aetatis suae circiter 30. in Novitiatu singulare omnibus cunctarum Virtutum de se exhibuit exemplar. Praecipue humilitatis, patientiae, et resignationis sui in Divinam voluntatem eximius extitit Cultor, nunquam risus est otiari, aliisque virtutibus ornatus omnes perfectionis gradus assecutus est. Ernenso tandem probationis annuae tempore in perpetuum Dei servum solenni professione in Claro Monte coram Thaumaturga Imagine B. V. M. emissa, se se Supremo Numini consecravit, nec post aliquid de rigorae Vitae Religiosae remisit, quinimo magis ac magis dilatabatur Cor ejus in amore Dei. Continuo orare, vel Spirituales libros legere, aut scribere, saepius jejunare, ciliciis, ac flagellis corpus domare, humi cubare, in usu habuit. His ac similibus haec Lucerna accensa posita super candelabrum variorum Officiorum in Religione et quidem imprimis (: quod

nulli forsan unquam contigit:) munus Confessarii Novi-
tiorum non absque aedificatione exactissime peregit. Pos-
tea Poenitentiarius in Claro Monte, cum magno Poeniten-
tium emolumenti extitit, sed ut efficacius saluti huma-
nae illuxisset, Praedicator Clari Montis eximius uti
Vir Apostolico Spiritu plenus constitutus, nec sine
fructu speciali Auditorum hoc munus laboriose ac
zelose obibat. In usu habuit saepe ad Crucifixum
conversus dicere Lucerna multos illuminavit, et
Clarum Montem clariorem redidit. In Concionibus
vero saepe illa utebatur emphasi: Per Crucifixum
vobis dico et juste quidem, nam hoc ructabat, quod
biberat, de illo ergo pectore in Secreto bibebat, sed
quod in Secreto bibit, in manifesto eructavit, praedican-
do Crucifixum, ac in aliis operando ut re et no-
mine Oporovius. Absoluto itaque sat laudabiliter
ac meritorie Officio Praedicatoris in Capitulo factus
est Prior Wielgomtynensis, in quo non solum Of-
ficio, sed etiam Virtutibus cunctis erat Prior, ma-
xime in promotione Cultus Divini ac ornamento Ecclesiae
illius enituit, dum aliqua inopia vel angustiis pre-
meretur aequo animo omnia tolerando dicere
solebat Bene nobis in Domino. In quo pro-
verbio multi Eum imitati fuere, quando vero Ei No-
bilitas adscribebatur dicere non erubescebat. Ego
de vili Oporow oriundus. Certo tempore significatum
illi in Sylva equum casu arboris succisae oppressum

ac interfectum esse minime consternatus modeste respondit. Pro bono meliorem dabit Dominus. Et sic factum, nam eadem die equum dono accepit longe meliorem. Hinc apparet penes resignationem sui in beneplacitum Divinum non caruisse dono Prophetiae, cui etiam ut Elisaeo securis submersa natavit ad lignum, quae Lignifabro, cum de manibus cecidit in stagnum sat profundum, Stanislaus ut consolaretur afflictum manubrio accepto et in aquam immerso securim de profundis aquarum, natantem mirabiliter extraxit eidem dicens: Non procul fuit, en statim inveni. eamque reddidit. Non solum vitae Sanctimoniam, verum etiam et Doctrinam colere, ac in aliis propagare semper cupiebat. Eo fine inter complures conatus in Conventu suo Wielgomlynensi uti Vir eruditus Bibliothecae augendae Auctor fuit, cujus et nunc extat, non postremum Munimentum Summa Praedicantium manu Ejus propria consignatum in haec verba: Liber Domus Wielgomlynensis comparatus per Fratrem Stanislaum de Oporow Ordinis S: Pauli primi Ertae Anno Domini 1536. His aliisque praeclare gestis optimum nomen apud omnes promeruit. Dilectus Deo et hominibus Stanislaus, quamobrem in Capitulo Electivo votis omnium Provincialis creatus est, quod onus licet invitus lachrimis perfusus, suscipere coactus est, sed etiam quo ad hoc resignavit se tot aliter

in Divinum Beneplacitum, quantam vero curam et Sollicitudinem circa omnes Conventus ac singulas Personas suae Provinciae sustinuerit, et quanta in reformatione depravatorum morum passus fuerit, quis explicabit! Bona caelestia omnibus viribus procuranti Stanislao, et ecce terrestria adjiciuntur scilicet Konopiska Conventui Clari Montis perpetuo jure donata. Sub cujus etiam felici Regiminae Provinciae illud toti Orbi stupendum contigit miraculum Anno Domini 1540. Dum enim cum Fratribus Solemnes Vesperas ante Taumaturgam Imaginem Bssmae Mariae V. in Ecclesia decantaret Magnificat ubi ventum est ad illa verba: Cantici Mariani. Quia fecit mihi magna, qui potens est, et Sanctum Nomen Ejus. protinus Mater interfecta a Marito cum duobus filiis, primo cultro a Fratre in cunis necato, secundo in fornace abdito et suffocato, vitae mirabiliter restituta est, juxta Seriem ejusmodi in Historia B. Mariae V. cum miraculis Typis Częstochoviensibus edita clarius obloquentem. Unde apparet Virum Dei Stanislaum Oporovium tanto Operi instantaneis suspiriis cooperatum fuisse. Sicuti et aliis miraculis multis, quae dum patrabat omnia Beatae Mariae V. adscribebat; Elapso vero Provincialatus Officio assvetus laboribus a Juventute sua Stanislaus, iterum Praedicatoris onus in Conventu Oporoviensi ex Obedientia cum humanitate et resignatione Vir Apostolicus suscepit. Ad quem cum modica Sarcina in vili curru Oporovium rediit, ut ubi Spiritum gratiae Baptizmi educationis suscepit, ibi Spiritum vitae Deo redderet. Sed nec ibi Stanislaus requievit, nam ad ultimum vitae suae terminum

per annos circiter decem intrepide sana mente ac zelo, Verbum Dei praedicavit, uti magnus et famosus veritatis Praedicator, arguendo, increpando, obsecrandoque in omni patientia et doctrina. Propterea multa perpessus cui oranti et summe afflicto fertur Beatissima Virgo Parvulum Jesum in manus tradidisse dicens: Fili Stanislae video te desolatum, en Tibi cedo meum solatium. Quo recreatus, ac totus caelesti dulcedine repletus, nihil ab hinc desiderabat, nihilque cupiebat, nisi dissolvi et esse cum Christo. Nec sua spe frustratus, nam de hora mortis suae certior factus, in viam aeternitatis se praeparavit. Vix in febrim ac morbum lethalem incidit, statim omnibus Sacramentis munitus expectabat venturum Dominum, relictisque suis Fratribus salutaribus monitis, praecipue in adversis patientiam, humilitatem, paupertatem, obedientiam, aliasque virtutes illis recommendando. Tandem inter manus Religiosorum in osculo Crucifixi Spiritum Deo reddidit. Sepultus ibidem Anno Domini 1552. Die 22 Aprilis. Statimque voce viva omnis populi, sicut in vita, ita et post mortem Beatus esse divulgabatur, Qui post plures Annos ex occasione sepeliendi cujusdam, inventus est totus incorruptus, decorus svavem spirans odorem, cum summa advolantium hominum stupore ac gaudio, sed sat breviusculo, nam ad verba calumniosa cujusdam malevoli fors olim sibi offensi illico disparuit in terram. Forte Angelico obsequio in commodiori loco sepultus, et sic licet factum sit Sanctum invisibile Corpus, visibiliter tamen Deus ter Optimus maximus, Sanctitatem Servi sui plurimis gratiis, in eodem loco, illustrare huiusque non cessat. Et enim obsessi, maleficiis infecti abhorrent locum istum;

Populus vero varii status, opis causa ad Ecclesiam Oporovien-
sem saepius concurrit, et in necessitatibus suis efficacissima
subsidia, uti coeci visum, claudi gressus aegri sanitatem,
desperati salutem, mortui vitam, in eodem loco recipiunt,
prout ex sequentibus patebit. Quare ab antiquo plebs
devota, huic Beato in Festo S. Stanislai Episcopi et
Martyris putans esse Festum hujus Beati concurrit,
justo numero et Concionem de eodem Beato vel saltim
mentionem vitae et miraculorum Ejus avidissime expectat,
sin secus indignatur. Ad tantam famam popularis af-
fectus erga Beatum Stanislaum speciali zelo commotus,
sed simplici modo usus, Reverendus Pater Chrystopho-
rus Lobodziński Prior ejusdem loci, curavit ille fodi
et quaeri Corpus Beati hujus per totam Ecclesiam, ad
quod subridens in obsesso daemon exclamavit latine.
Non sic quaeruntur Sancti, Corpus hoc in magna cla-
de Regni Poloniae revelabit Deus. Apparere tamen
solet in aëre super Eclesiam saepius devotis erga
se Clientibus, sed ut omnibus in Corpore appareat
continuis precibus Divinam Majestatem flagitare
non cessemus. De Eo Martinus Baronius Jaroslavien-
sis Clericus libello de Sanctis Poloniae Patronis Cracoviae
Anno Domini 1615. edito ac impresso et antea Ro-
mae per Magistratum Sacri Palatii Apostolici revi-
so sequentia recitat. Beatus Stanislaus de Oporow
Ordinis S. Pauli primi Eremitae in Academia Cracovien-
si Artium Magister et Philosophiae Doctor, in Monasterio
Sanctae Mariae Clari Montis Ordinem ejusdem ingressus.
Primum Confessarii tandem Praedicatoris munus obiens,
magnum specimen Sanctitatis de se protulit, cujus Cor-

pus intactum, nulla putredine infectum huiusque illaesum permanet Oporovii sepultus est apud Fratres sui Ordinis Anno Domini 1552. 22. Aprilis haec illa: Unde considera bone Lector.

Beatum Stanislaum Oporovium non tantum vulgi viva voce ob tot per illius intercessionem a Deo obteritas gratias Beati Nomen sortitum, sed etiam non contradicente Roma prouti ex supposito talem inter Sanctos Patronos Regni Poloniae Cathalogo jam pridem inscriptum esse. Hinc et nos Patrocinio ejus confisi adeamus cum fiducia ad Thronum gratiae ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio, opportuno ad Hebrae: 4.

Extat in Conventu Oporoviensi Ipsius Cella vere pauperrima 12 cubitorum lata totidem proliza ex simplicissimis asseribus, fenestram versus meridiem habens. Jam modo in aliam formam redactum Monasterium, unde nec vestigium huius Cellae restat. Extat et locus Naticitatis Ipsius desolatus, quem devotus quidam Religiosus Frater figura Crucis consignavit. Et tandem in loco consignato per figuram Crucis ligneam, extructa est Columna murata cum effigie ejusdem Beati A.D. 1770. cura et impensis cujusdam Praedicatoris videns Figuram Crucis ligneam jam corruptam Domunculam in qua olim D. Oporovium natum esse vetus censet traditio, in hoc loco Columnam muratam cum effigie Ejus dedit. Similiter, fuit Cathedra vulgo Ambona muro structa in Eclesia pro memoriali, in qua Vir Dei Stanislaus plurimis Annis laboravit. Jam vero modo in aliam formam redacta Eclesia de novo, et Ambona similiter, unde

huius muratae Ambonae non extat memoria, dum dis=sipata est. His omnibus excitatur populus ad devotionem erga hunc Beatum laudans Deum in Sanctis Ejus, Cui sit. Laus, Honor, et Gloria in saecula saeculorum Amen.

Miracula Ejusdem Beati anno dantur

quam Polonico

Conventus Oporoviensis conscripta.

hic perscripta

Roku P: 1641. in Festo Visitationis Bssmae V. Mariae Podczas konkursu wielkiego ludzi w kościół Oporowski na nabożeństwo zgromadzonych. Niewiasta wzięła z sobą do kościoła dziecię (: Rok jeden i miesięcy siedm mające:) które w wielkim tłumie ludzi uduszono, że umarłe na Cmentarz Matka jego wyniosła, gdzie przez dwie godzin takie umarłe leżało, widzieć było pośniałe ciało i okrzepłe. Ofiarowane do Błogosławionego Stanisława Oporoviusza, i w kościele przy Ołtarzu wielkim położone: natychmiast do żywota przywrócone, które zdrowe, jako przed tym było Matka (: Panu Bogu dziękując i Błogosławionemu Stanisławowi:) z kościoła wyniosła. Ten cud się stał przy onym tak wielkim zgromadzeniu ludzi, i przy obecności szlachetnego i Wiary godnego JMC Pana Pawła Lasockiego, JMC Pana Jana Modliboga i innych.

To że tak jest pod przysięgą zeznawam, i Ręką się własną podpisuję. Paweł Lasocki

Roku 1664. Szlachetny JM Pan Franciszek Żaki wielkiej doznał w ciężkim swoim przypadku

za przyczyną Błogosławionego Stanisława Oporowiusza
od Boga łaski: Ten będąc w głowę lethaliter postrze-
łonym, kiedy na miejscu, na którym go postrzelono
zostawał prawie umarłym, że i słowa przemówić nie
mógł, Xiądz Wincenty Szleszkowski do niego z kon-
wentu Oporowskiego z prędka (: dla jakiej dyspozycyi
dusze :) wokowany, widząc go prawie umarłego, gdy rzekł
do chorego: Ofiaruj się do Błogosławionego Stanisława
do Oporowa, mając ufność i wiarę że Cię Pan Bóg
za jego instancyą pocieszy: Chory pomieniony, który
i słowa przemówić nie mógł, zarazem jak ze snu się
porwał (: leżąc tak kilka godzin :) i te słowa rzekł: Ofia-
ruję się do Błogosławionego Stanisława Oporowiu-
sza i Spowiedź Świętą uczynię: i zarazem zdrowym na
ciele jak przed tym został. To zeznał tenże pomie-
niony M Pan Franciszek Żacki pod przysięgą i pod-
pisem Ręki własnej jako tak wielkiej Boga dobroti-
wego za przyczyną Błogosławionego Stanisława do-
znał łaski. To zeznaję pod przysięgą żem tej łaski
zaznał za przyczyną Stanisława Błogosławionego
Oporowiusza i ręką się własną podpisuję. –

Franciszek Żacki

Roku Pańskiego. Szlachetna M Pani Elzbieta Żacka
Małżonka wyżej pomienionego M Pana Franciszka
Żackiego, którą do kościoła Oporowskiego na łóżku cięż-
ko schorzałą przyniesiono, i której lekarstwy uleczyć tru-
dno było, ofiarowana do Błogosławionego Stanisła-
wa Oporowicza, zaraz ozdrowiała, i zdrową na ciele Pa-
nu Bogu dziękując z kościoła poszła. To zeznała e-
tiam sub juramento, et cum testibus ac subscriptione
manus propriae. Elżbieta Żacka ręką własną
podpisuję się.

NB. Roku Pańskiego 1671

Tegoż Roku Szlachetny M Paweł Żacki, kiedy ciężko za-
chorzał przez Niedziel dwie, któremu lekarstwa nie-
pomagały, i już prawie bliskim śmierci będąc: onego
jego Brat rodzony M Pan Franciszek Żacki (: który też
wielkiej łaski Bożej za przyczyną tego Błogosławio-
nego doznał:) do Błogosławionego Stanisława Opo-
rowicza ofiarował, zaraz (: jakby nic nie cierpiał:) zdro-
wym na ciele został. Per miraculum recognovit
praenominatus Gursus Dnus Paulus Żacki cum
subscriptione manus propriae.
To i pod przysięgą zeznawam, że tak a nie inaczej jest
i ręką się własną podpisuję. Paweł Żacki.
Roku Pańskiego 1678. Idem qui supra Szlachetny
M Pan Paweł Żacki ciężko zachorował na bolenie
nogi, w której niemocy swojej ofiarował się do Bło-
gosławionego Stanisława Oporowicza, i w dzień S:
Jana Chrzciciela w kościół Oporowski wszedł chory o
kiju ledwie na nogę onę postępując, zawołał w te sło-
wa: Błogosławiony Stanisławie Oporowiczu, doznawa-
łem łaski twojej w ciężkich chorobach, i wielkich po-
trzebach moich: proszę niech i teraz odniosę za przyczy-
ną twoją od Boga zdrowie. Ledwie te słowa skoń-
czył zaraz zdrowym został, żadnego bolu nie czując,
i łaskę (: którą się podpierając ledwie wszedł w kościół:)
zostawił. To było in praesentia Przewielebnego M
X. Wojciecha Stawowskiego Biskupa Armińskiego
Su ragana Gnieźnińskiego, i tak wiele ludzi na Uro-
czystości S. Jana Chrzciciela zgromadzonych.

Paweł Żacki.

Roku Pańskiego 1666. M. Pan Andrzey Rogoziński doznał takiey łaski od Boga za przyczyną Błogosławionego Stanisława Oporowicza. Urodziła się Córka imieniem Zofia, dziecina bardzo chora, która niepodobna była do życia, i onęż jako najprędzej (: do Chrztu S: spiesząc się:) do Oporowa niesiono (: Ofiarując dziecię Błogosławionemu Stanisławowi Oporowiczowi:) do kościoła, chore dziecię prędko ochrzczono, i któremu żyć niepodobna było, zaraz czerstwe i zdrowe za przyczyną tegoż Błogosławionego zostało do domu zaniesione. Pan Bóg onęż Pannę w dobrym zdrowiu chował i chowa pociechę jedyną Rodziców, którzy z dziatek innych cieszyć się nie mogli, bo ich w młodości Pan Bóg zabierał. To recognovit teże M Pan Andrzej Rogoziński i z Małżonką swoją Teresą Rogozińską.

Na co Ręką swą podpisuję się. Andrzej Rogoziński. Teresa Rogozińska ręką swą podpisujemy się własną.

Roku Pańskiego 1704. M Pani Barbara Krosnowska Małżonka M Pana Władysława Krosnowskiego Syna Imieniem Macieja po Urodzeniu w Niedziel 15 w Poniedziałek świąteczny już konającego ofiarowała Błogosławionemu Stanisławowi Oporowiczowi, za którego przyczyną zaraz tegoż dnia dziecię ozdrowiało.

Na co się ręką własną podpisuję
Barbara Krosnowska.

Roku Pańskiego 1706 M Pan Władysław Korzennicki od M Pana Jagniątkowskiego kilka kulami

w put na wylot przestrzelony, ofiarował się do Bło-
gosławionego Stanisława Oporowczyka, i w krótkim
czasie zupełnie zdrowie za jego łaską odebrał, będąc przed
tym już cale śmiertelnym, To zeznał przedemną kazno
dzieją na ten czas Oporowskim Świadkami są i
szlachty liczna zgraja.

X. Baltazar Stryjowski Ord: S: P.
p. Eccl. Praedicator Oporoviensis.

Honorandus Dnũs Stanislaus Ochycki a multis an
nis fidelis Ecclesiae Oporoviensis Minister et Organarius
recognovit conscientio se, quod ille a laborioso Do
leszka Cmetone Mnikoviensi audiverit ejusmodi re
lationem, quod cum certo tempore gravissima pestis
circum circa grassaretur, Incolae Oporovienses spem
et fiduciam post Deum in Beato Stanislao Oporo
vio reponentes ad Ejus protectionem recurebant, et exper
ti sunt, quia ab illa lue pestifera servati, vide-
runt in aëre sibi apparentem dictum B. Stanisla
um, in cujus beneficii memoriam Imaginem ejus
pingi curarunt, ita ut in aëre conspectus est.

Stanisław Ochycki Organista Oporowski
zeznaję pod sumieniem i własną podpisuję się ręką.

Ad modum Rdus et Eximius in Christo Pater Bar
tholomaeus Szotarewicz S. T. D. Vicarius Prõae
Polonae retulit. Quendam Concionatorem Scholarum
Piarum, cum ad manus praedicandi ascenderet,
semper ante Concionem dicere solebat. Ave Ma-
ria in honorem D. Stanislai Oporovii.
Pater Chrysostomus Kozbiatowicz simile aliquid
retulit quod aliquando cum Patribus Societatis

conversatus Varsaviae audiverit unum ex illis ejusmodi relationem fecisse. Ego in Litaniis meis privatis invoco inter alios Vestrum celebrem olim Concionatorem Stanislaum Oporovium et hoc ex eo, quod nullum a quopiam habeat honorem, puto me facile obtinere ab eo, quod volo, quia ipse ex paucis unus ei honorem exhibeo. Et certe expertus sum maxime quadam vice. Invitatus sum certa die Festi pro publica Concione, cum non haberem tempus me pro illa parandi, et urgebat tempus ascendendi Cathedram, quid agerem multum intra me angebar. Interim ocurrit mihi quod in meis privatis Lithaniis pro privato Patrono habeam Stanislaum Oporovium Paulinum incepi suspirare ad ipsum et tria Ave Maria in ejus honorem recitavi, factum est ad meum votum, ille actus ita prospere processit, ut alius nunquam, hinc Stanislaum Oporovium nunc impensius colo.

Pater Bernardinus Stradomiensis Cracoviae Ave Maria pro ejus honore dicebat. Hic quadam vice cum se non parasset pro Concione et a suis Fratribus argueretur facturum confusionem, respondit. Non timeo confusionem, dicet pro me Stanislaus Oporovius concionem. Cui quidam in actis subscripsit.

Łacno ten swe kazanie pewnie dobre powiedział,
Kiedy w jego Osobie Stanisław powiedział.

Ad modum Rdus Dnus Paulus Canonicorum Regularium Commissarius Gnlis dicens pro vestris in Rupella S. Stanislai Episcopi Cracoviensis a-

pud Patres Paulinos, Stanislaum Oporovium inter quinque Beatos Stanislaos eum posuit, cujus rei monimentum etiam in hac Eclesia Vexillum S. antiquum ostendit.
Illustrissima Dña Elisabeth Ofinowska Capitanea Szczyrczoviensis in Litaniis suis quotidianis haec verba recitat vernacula lingua. Błogosławieni Męczennicy Częstochowscy módlcie się za nami: Błogosławiony Stanisławie Oporowiuszu, módl się za nami.
Homines ad Eclesiam Oporoviensem venientes Imagini Beati Stanislai Oporovii motu proprio venerationem faciunt, eamque devote exosculantur, nec non preces frequentes fundunt.
Ex relatis R.P. Bartholomaei Szotarevii Definitoris Proae S.T.D. Prioris Novitiatus habemus quemdam Virum Nobilissimum honori Divi Stanislai Oporovii addictissimum, ultro se Nostris Patribus obtulisse si vellent se de quinquaginta miraculis compertis ope Divi Stanislai Oporovii testimonium cum juramento in Officio, ubi de Iure praestiturum, cui affectui ex innata humilitate Patres Nostri renuntiarunt.
Per illustris et Adm Rdus Dnus Oporowski Officialis zelo cultus B. Stanislai Oporovii ejus Imaginem in pariete pendulam Altari imposuit.
Superiores Ordis Concilii Tridentini sancitis in hoerentes, Eum eximi curarunt.
Die octava May. Praedicatores in Eclesia Oporoviensi concionantes publicas laudes ejus celebrant, ex quibus Perillustris et Adm Rdus Dnus O-

Otrembosz Praepositus Zychlinensis, Canonicus Kruszwicensis singularia ejus elogia pro rostris populo zelosissime tradidit.
Eadem die Vox unanimis devoti Populi proclamat: Beate Stanislae Oporovii salva nos.
Varii infirmi in Curribus pro eadem die advehuntur Oporovium, nec non Aenergumeni in Nomine Ejus exorcisantur cum affectu.
R. P. Chrystophorus Łobodziński Prior hujus loci, totam Ecclesiam Oporoviensem fodi jussit, Sacrum B. Stanislai Oporovii corpus requirendo, quod dum operose facit, cacodaemon ex Aenergumeno dixit. Beatum Stanislaum non nisi in ultimis Patriae necessitatibus revelandum. Cui quidam in Actis hujus Conventus subscripsit.

Lub Ojciec kłamstwa jest Djabeł przeklęty,
Prawdę powiedział że Stanisław Święty.

R. P. Hyacinthus Rudnicki Prior olim Oporoviensis ejusmodi officiosam relationem R. P. Priori Claro-Montano Innocentio Pokorski in scripta dedit, de gratiis Beati Stanislai Oporovii. Verba ipsius genuina: Cum essemus apud Magnificum Dnum de Kutno Kuciński non potuit sufficienter eloqui gratias et beneficia, quod in sua Persona expertus est, meritis Beati Oporovii. Dixit: vidisse se Beatum Stanislaum Oporovium in aëre super Ecclesiam in candidissimo habitu. Hac visione excitatus ad majorem cultum ipsius quotidie certis horis veniebat, et ad Sepulchrum Ejus Deum ferventer orabat, continuo mente visionem illam revolvens. Quod conscientio se coram Adm Rdo Pré Albino Kończycki Vicario Prôae

Nrae, et me Fre Hyacintho Chorista retulit et recognovit.
Idem Dnus Kuciński recognovit se audivisse, quod Dna Oporowska, pleno ore B. Stanislai Oporovii gratias depraedicaverit, in omni angustia et afflictione expertas, praesertim tamen in infirmitate desperata Nepotis sui, qui per intercessionem B. Stanislai Oporovii mirabiliter sanitati restitutus est.
Idem dictus Pr. Hyacinthus Rudnicki eodem scripto consignavit, quod ad Sacristiam, ubi B. Stanislai Oporovii creditur esse Sepulchrum insolitus odor sentitus sit, praesertim in Festo S. Stanislai Martyris. Quo die etiam memoria recolitur B. Stanislai Oporovii, pro cujus cultu Populus singulariter congregatur. Idem Dnus Vitton recognovit, quod quotiescumque in Orationibus recurrit ad B. Stanislaum Oporovium, toties exauditus est.
Tabernatoris cujusdam Uxor obsessa hic a daemone liberata, exorcisante in Nomine B. Stanislai Oporovii quodam saeculari Sacerdote, quae etiam nullo modo adduci ad locum, ubi creditur quiescere Corpus B. Stanislai Oporovii.
Laboriosus Vir cognomine Konewka Incola Oporoviensis homo grandevae aetatis recognovit, quod saepe viderit B. Stanislaum Oporovium in aëre apparentem. Ex relatis P. Marini Wąsowicz.
Generosus Dnus Andreas Rogoziński. Anno Dni 1664. recognovit coram me Pre Hyacintho Rudnicki Priore tunc temporis Oporoviensi, quod in multis occasionibus expertus sit gratiam B. Stanislai Oporovii, ad quem

contrito corde recurrebat in Orationibusque jejuniis, Missis conductis, vel maxime quotiescumque in Tribunalibus vel Castrensibus judiciis Causam habebat, semper in Nomen B. Stanislai Oporovii triumphabat.

Eidem Dño Rogoziński in via pergenti obviarunt capitales ejus hostes cum justo. Numero suorum, eum circumvenire et occidere volentes, qui invocato B. Stanislao Oporovio, semper gloriose sine ulla laesione evasit.-

Altera vice cum pergeret ex templo Oporoviensi idem Dnus Andreas Rogoziński, ecce grassatores eum circumdant. Quid ageret in manibus hostium constitutus Viator, antequam eum apprehenderent, flectit humiliter genua, seque ad Ecclesiam Oporoviensem convertens inclamat B. Oporovium, ut se adjuvet in tam evidenti Vitae periculo. Et ecce antequam Orationem finiret, nescio quo timore perculsi hostes Clientem B. Stanislai Oporovii relinquentes discesserunt, illaeso Precatore. Hoc in oculis Nostris factum est /: ait Pater Hyacinthus Rudnicki. Exinde dictus Nobilis majorem habuit in posterum ad B. Stanislaum Oporovium devotionem in qua vis infirmitate ad Eum recurrendo.

In ope D. Stanislai Oporovii tota Domus Dnorum Lassociorum fiduciam suam collocat.-

Anno Dni 1708.. M. D. Alexander Laski Subdapifer Łęczyciensis deprehensus a Cozacis in certo horreo, quos fugiens reddidit se protectioni B. Stanislai Oporovii in fuga equo desiliit captusque est, et globis petitus casso vulnere, bombardis tamen enormissime confusus. Caeterum ope B. Stanislai sanitati brevi restitutus et

exiguo libro efferos hostium animos deliniens dimissus. Qui in Eclesiam Oporoviensem advolans humi prostratus ad Cathedram B. Stanislai insolitum Numisma pro Voto obtulit.

Eodem Anno Diebus Aprilis recognovit R. P. Hieronymus Cieszkiewicz Prior Bessoviensis, quia ille quadam vice cum de nuptiis saecularium venisset in Cellam suam, intuens Imaginem B. Stanislai Oporovii, sensit quasi ad Cor sibi loquentem. Frequentari ne ego nuptias aliquando. Exinde confusus Pr proposuit amplius non irae ad nuptias.

Eodem Anno et Mense Fr. Innocentius Pokorski Definitor recognovit, quia ille existens in via ad Oppidum Szydłowiec, cum sibi defecisset equus, in terramque decidisset ultimum spirans, vix per aliquod tempus obtulisset eundem equum B. Stanislao, mox surrexit, viamque prosecutus est.

Beatus Stanislaus tempore pestis Varsaviensis in multis locis pro Patrono advocatur In Litaniis de Sanctis, et iterum per Antiphonam. Per merita B. Stanislai Oporovii, Christe nos exaudi, atque ejus precibus nobis succurre miseris.

V. Ora pro nobis B. Stanislae Oporovii

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Beati Stanislai Oporovii quaesumus Dne precibus adjuvemur ut quod passibilitas non obtinet, Ejus Nobis intercessione donetur.

Ego Fr. Innocentius Pokorski recognosco: quod in Clarum Montem pro Definatorio veniens A. D. 1708. gravissimo in spina dorsi correptus sim dolore, ita ut

me de loco movere non possem, durante affectione per dies octo non proficientibus ullis mediis invocavi opem B. Stanislai Oporovii post aliquot Ave. surrexi sanus. Missam pro gratiarum actione in Ecclesiam descendens celebravi. In cujus rei fidem testimonium manu propria dedi Oporovii A°. 1710. die 22. Februarii. Idem qui supra.

Anno Dñi 1710. Generosus Dñus Stanislaus Dworzecki videns in foribus Cellae Varsaviensis Nostri pictum B. Stanislaum Oporovium cum summo cordis et Oris jubilo petiit informationem vitae illius subjungens a momento hoc, assumpturum sibi Eum pro Patrono, quod et fecit.

LITANIA

Ex Voto a M. Rdo Patre Innocentiae Pokorski in honorem Beati Stanislai Oporovii.

compositae.

Kyrie elejson. Christe elejson. Kyrie elejson
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de Coelis Deus. Miserere nobis.
Fili Redemptor Mundi Deus.
Spiritus Sancte Deus.
Sancta Trinitas unus Deus.
Beate Stanislae Oporovii.
Beate Stanislae Oporovii S. Pauli primi Erlae dilecte Fili.
B. S. O. Veterum Erlarii fidelis Incitator.
B. S. O. Solitudinis Amator.
B. S. O. Innocentiae Conservator
B. S. O. Paulinorum clarissimum Sydus.
B. S. O. Sanctae Matris Ecclesiae Fax ardens et lucens.

B. S. O. Almae Academiae Cracoviensis Doctor.
B. S. O. Decus Humilitatis.
B. S. O. Speculum paupertatis.
B. S. O. Lilium puritatis.
B. S. O. Rosa patientiae.
B. S. O. Norma abstinentiae.
B. S. O. Magister Obedientiae.
B. S. O. Specimen perfectionis.
B. S. O. Lampas devotionis.
B. S. O. Schola mortificationis.
B. S. O. Sanctissimae Matris singularis Cultor.
B. S. O. Zelozissime Praedicator.
B. S. O. Vir potens opere et sermone.
B. S. O. Prudentissime Confessor Domini.
B. S. O. Laboriosissime in via Christi Operarie.
B. S. O. Afflictorum optime Consolator.
B. S. O. Maleficiorum Destructor.
B. S. O. Daemonum Horror et terror.
B. S. O. Ovium commissarum bone Pastor.
B. S. O. In aëre a Deo demonstrate.
B. S. O. In sepulchro incorrupte.
B. S. O. Svavem spirans odorem.
B. S. O. Miraculo se ab oculis hominum abscondite.
B. S. O. In ultimis Ecclesiae necessitationibus appromisse.
B. S. O. Salus infirmorum.
B. S. O. Refugium peccatorum.
B. S. O. Auxilium fidelium Christianorum.
B. S. O. Fulcrum claudorum.
B. S. O. Illuminatio caecorum.
B. S. O. Resuscitator mortuorum.

Ora pro nobis. Ora pro nobis. Ora pro nobis. Ora pro nobis. Ora pro nobis.

B. S. O. Lumen Praedicatorum.
B. S. O. Defensor Injuriatorum.
B. S. O. Patrone juste litigantium.
B. S. O. Protector a peste, fame et bello.

Ora pro nobis

Agnus Dei qui tollis peccata Mundi. Miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos trina vi.
Kyrie elejson, Christe elejson. Kyrie elejson. Pater etc.

Antiphona.

Per merita B. Stanislai Oporovii Christe nos exaudi, atque Ejus precibus Nobis succurre miseris.

Ora pro Nobis B. Stanislae Oporovii.

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus qui in Eclesia tua nova suscitas exempla virtutum da Nobis famulis tuis Beati Stanislai Oporovii Confessoris ita sequi vestigia, ut assequamur et praemia. Per Xstum Dnum etc.

Pieśń. –

O Błogosławionym Stanisławie Oporowiuszu wielkim kaznodziei, Prowincyale Polskim Zakonu S. Pawła pierszego Pustelnika.

Chwalę Cię Boga w Trójcy jedynego
Tu przy tym grobie Wyznawcę Twojego
Któregoś Panie w Niebieskiej koronie
Ozdobił skronie.
Cieszym się wspólnie o! Cny Stanisławie
Z twego Rodzenia, bo przyszła ku sławie
Korona Polska, przez Twe życie święte
z Niebiosów wzięte.
Znać było w Tobie Dar Ducha Świętego.

Mając dobrego z niego Mistrza swego.
Nie dziw, iż pałasz od pierwszej młodości
Boskiej miłości.
Z Ciebie wynika bogomyślność wszelka
I przy niej mądrość, i nauka wielka.
W Krakowie znacznym Doktorem czytany
Jesteś i miany.
Cokolwiek miałeś dobra doczesnego
Wszystkim wzgardziłeś dla Boga swojego
Idąc ochotnie za Pawłem ubogim
